

ac in nostris precordiis fons aquae vivae penitentiae, ac lachrymarum ad mundandam conscientiam, ad purificandam animam. Et ita ipsae guttae lachrymarum ab oculis cadentes fiunt in nobis fons aquae salientis in vitam aeternam. Vide supra hoc cap. num. 61. & 91. & lib. 2. cap. 5. num. 55.

155. Ioan. 7.

Cæsarius.

156. Daniel. 8.

157. Ioan. 21.

Basil. Seleuc.

158. Joann. 4. n. 6.

159. Joann. 3.

160. Theophyl.

161. Chrylost.

162. Unusquisque

163. Genes. 3.

164. Ammon.

165. D. Thom.

166. D. Thom.

167. D. Thom.

168. D. Thom.

169. D. Thom.

170. D. Thom.

171. D. Thom.

172. D. Thom.

173. D. Thom.

174. D. Thom.

175. D. Thom.

176. D. Thom.

177. D. Thom.

178. D. Thom.

179. D. Thom.

180. D. Thom.

181. D. Thom.

182. D. Thom.

183. D. Thom.

184. D. Thom.

185. D. Thom.

186. D. Thom.

187. D. Thom.

188. D. Thom.

189. D. Thom.

190. D. Thom.

191. D. Thom.

192. D. Thom.

10annis 4. n. 6. Dicit ad eum mulier; Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire.

VERSIONES.

Syriacas. Dicit ei mulier illa, Domine mi, da mihi ex his aquis, ne rursus sitiam; nec veniam huc haustum.
Vatablus. Da mihi istam aquam, ne veniam huc ad hauriendum.

EXPOSITIO.

Quamquam Jesus diceret ea, quae non poterant intelligi corporaliter, ut potest quod in bibente fieret fons aquae salientis in vitam aeternam; mulier tamen, non solum muliebris, ut ait Cajet. sed & crassi ingenij, de corporea aqua intellexit. Vel quia, cum mulier solum cogitaret de aqua materiali, ideo ad illam cuncta dicta retulit: de elementari enim aqua totum sermonem mulier intellexit, ut docent divus Cyrillus, D. Augustinus. At D. Chrysostr. & Theophylactus, aliquid supra sensum mulierem concipere, asserunt. Et quia Christus dixerat: Mulier, si petisses, dedissem tibi aquam vivam; ideo mulier utilitate aquae commota, ac adducta; ut advertebat Origen. aquam petit. Et hoc ob duplex commotum, ut ait Carthusianus. Primò, ut à peccata sitis libera, ut non sitiam. Secundò, ut à labore hauriendi eripatur: Ne veniam huc haurire. Unde ait D. Augustinus tract. 15. Ad laborem indignitatem cogebat, & laborem infirmitas accusabat. Vivam audiret: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos; Matth. 11. n. 20. Hoc enim dicebat Jesus, sed illa nondum intelligebat. Tamen Christum reverenter alloquitur, appellat eum Dominum. Et jam Christi aquam, ut notant Theophylactus, D. Bonaventura, praefert aquis Jacob: Non veniam huc haurire. Et quamvis mulier tunc non intelligeret mysterium, jam ex sermone Christi incipiebat temporalia omnia despiciere.

QUESTIO XXIV.

Quare, cum Christus Dominus proponat suam admirabilem aquam Samaritanam, ac Nicodemo, illa eam petat, hic vero minime.

Magna encomia dixit hic Christus Samaritanæ de sua aqua, quod esset aqua viva, quod extingueret sitim, ac quod in bibente fieret fons aquae salientis in vitam aeternam.

eterna. Multa etiam præclara dixit Dominus Nicodemo de sua aqua. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Joan. 3. num. 5. Quod latè explicavimus supra cap. 3. Et tamen vidimus hoc loco, quod Samaritana petat aquam: Da mihi hanc aquam; & Nicodemus longas ponat quaestiones: Quomodo possunt hac fieri? Nunquid potest homo in ventrem matris suae iterum introire, & renasci?

160. Chrylost.

161. Theophyl.

162. Unusquisque

163. Genes. 3.

164. Ammon.

165. D. Thom.

166. D. Thom.

167. D. Thom.

168. D. Thom.

169. D. Thom.

170. D. Thom.

171. D. Thom.

172. D. Thom.

173. D. Thom.

174. D. Thom.

175. D. Thom.

176. D. Thom.

177. D. Thom.

178. D. Thom.

179. D. Thom.

180. D. Thom.

181. D. Thom.

182. D. Thom.

183. D. Thom.

184. D. Thom.

185. D. Thom.

186. D. Thom.

187. D. Thom.

188. D. Thom.

189. D. Thom.

190. D. Thom.

191. D. Thom.

192. D. Thom.

193. D. Thom.

194. D. Thom.

195. D. Thom.

196. D. Thom.

197. D. Thom.

198. D. Thom.

199. D. Thom.

200. D. Thom.

equa illa, quae promittebatur, ut cognita ejus natura, eam peteret. At Samaritana, ut muliebris, ac facilis ingenij petit aquam, quam nondum perfectè intelligebat attrahat illius utilitate. Prudens enim non movetur, nec appetit, nisi ea, quae intelligit, & penetrat.

Quintò. Utrique tam scemina; quam principi, multæ excellentiæ de aqua Christi propositæ fuerunt; quod daret vitam, aperiret regnum caelorum: uterque pro tunc materialiter, ac corporaliter rem accipit: mulier petit aquam; Nicodemus vero scientiam, & intelligentiam ipsius aquae. Quomodo possunt hac fieri? Nam omnia illa præclara dicta à Christo de aqua, adhuc ille in carne detentus corporaliter intelligebat; & inter illa temporalia, quae ei videbantur, nihil aliud petit, & desiderat, nisi scientiam, & intelligentiam, hanc enim inter hujus mundi divitias pretiosorem existimabat. Ait serpens mulieri. In quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Genes. 3. num. 5. Cur non promisit serpens, quod in quocunque die comederint erunt sicut immortales potentes, vel amplum imperium; & regnum possidentes? Agnoscebat astutus inimicus, scientiam super omnes divitias ab homine estimari, & nil magis ejus appetitum allicere ac blandiri posse, quam scientiam, ac rerum cognitionem. D. Thomas Opuscul. 2. c. 183. Ut in transgressionem præcepti facilius inclinaret diabolus, illa promisit, quae homo naturaliter appetit: scilicet vivationem ignorantiam, dicens: Aperientur oculi vestri, perfectionem scientiam, cum dixit: Scientes bonum, & malum, homo enim ex parte intellectus naturaliter fugit ignorantiam, & scientiam appetit.

10annis 4. n. 16. Dicit ei Jesus, valde, voca virum tuum, & veni huc.

VERSIONES.

Syriacas. Abi, voca, virum tuum;

EXPOSITIO.

MIRA prudentia, ac modestia jam meus Jesus accedit ad infirmitatem mulieris sanandam, ut observant Ammonius ac Chrysostr. Poterat enim Dominus, statim in principio sermonis omnem seriem suae turpitudinis, & vitæ mulieri aperire, ac enarrare: noluit tamen; sed post longum sermonem, opportunas occasiones captans, ut diceret ea, per quae mulier emendaretur. Nam proloquium dictum occasione postulante peculiarem habet leprosum, vim, & energiam. Nec mulieri statim in faciem objicit sua scelera, sed caelestis Medicus anam quærit, ut ipsa suum peccatum fateatur, & quæ cum tot viris luxuriando, legi, ac Deo inobediens erat, per obedientiam ipsi Deo præstitam, primò reformetur. Et ideo ei ait: Vade, & veni huc. Et quæ tot obscenitatis luxuriæ facta, ac coinquinata inveniebatur, valde impropriata erat ad munditiem spiritualium doctorum. Ad radicem, ac originem ipsius morbi jam

Propria cognitio ad emendationem necessaria.

Lyrano, Carthuf.

jam celestis Medicus se convertit ac amover manum, & ait illi: Voca virum tuum. Bene, & optime sciebat Dominus, quod illa non habebat virum proprium, sed tantum adulterum; per hoc tamen eam vult introducere ad fatendum suum peccatum, Non habeo virum, ac ad suum miserimum statum considerandum: nemo enim emendari potest, nisi ad se convertat oculos, & sui miseriam conditionem agnoscat. Et dum Christus ei ait: Voca virum tuum, Lyranus, & Carthusianus hoc referunt ad virum putativum communi opinione vulgi; ei non dixit: Voca tuum amatorem, tuum concubinarium, ut vera erat; sed voca virum tuum, nec enim in castissimo, ac mundissimo Jesu ore cadebat nomen, luxurie notam sonans, neque etiam ut eo audito mulier verecundaretur in vultu.

QUESTIO XXV.

Quare, dum mulier petit aquam, ei præcipitur à Domino, vocare virum suum?

165.

Euthym. Gualent. Cassian.

Petit mulier aquam, Domine, da mihi hanc aquam; mandat ei Dominus: Voca virum tuum. Optime sciebat Dominus, quod nullum habebat legitimum virum, sed tantum turpem amicum. Cur ergo ei dicit: Voca virum? An volebat, adesse illud turpitudinis mancipium? Respondent primo Euthymius, D. Gaudentius tractat. de Paral. Simon Cassianus, Quod si per speciem mentis Christi facta, & dicta serutamur, quod Dominus ita agebat cum muliere, ut paulatim illam erodiret; tum, ut ipsa aliquid de viro suo respondente, occasione captaret Dominus de antea vitæ turpitudine illam objugandi, ac per consequens se detegendi esse Prophetam, & Messiam promissum in lege, & ita mulier præstaret silem dicitis, ut ait Cassianus, quæ supra cognitionem cæcorum hominum vulgabatur. Ut alicujus dicta ausculteris, necesse est ut magnam opinionem de eo concipias. Tum etiam, ut muliere de viro suo respondente, inde vitia ejus patefierent, & nihil occultum in ea maneret, sed omnia latibula prodirent, ut ita mulier traheretur ad cognitionem, ac confessionem suorum delictorum, ut ab eis mundaretur, ut dixi in expositione, & aquam vivam, quam petebat, reciperet. Et ita ait D. Gaudentius citatus. Jam Dominus Samaritana vilis mulieris vitia oscula prodiderat, & confessam spiritualis fonte mundaverat.

Cassian. Et alicujus dicta ausculteris, necesse est, ut de eo opinio nem habeas.

Per confessionem mundatur conscientia. Gaudent.

166. Cyrill. August.

Mulieres per viros suos doceantur.

1. Cor. 14.

Secundò D. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. in Joan. cap. 8. & D. Augustinus tract. 15. in Joan. Quod, cum mollis, ac tardus sit intellectus mulieris, docilior autem natura virorum, atque calidior, hac de causa arbitror (ait Cyrillus) virum vocare suum, mulieri jobetur; ut per eum præpararetur, ac instrueretur ad admirabilem doctrinam. Ita observat D. Augustinus, D. Paulum constituisse, ut per viros suos mulieres docerentur, 1. Corinth. 14. num. 13. At ratio non videtur multum efficax; aderat enim Christus Dominus, qui erat optimus Magister docens, & illuminans: Deinde cur ad illam instructionem

eligitur ille potius adulter, quam alius probus vir.

Tertiò, D. Augustinus tract. 15. in Joan. ad sententiam moralem recurrit, quem sequuntur Eusebius August. 1. Emissenus hornil. de hoc Evangelio. Beda, Albert. Magnus, S. Thomas, D. Bonaventura, Hugo, Albert. Mag. per virum intelligunt intellectum, Nam, cum D. Thom. mulier esset in errore, ei dicitur: Voca virum tuum; hoc est intellectum, per quem regi, & dirigi debes, ut intelligas, quæ dico spiritualiter, & non sentias carnaliter. Et veni huc; id est, ad se præsens, & propè per cognitionem spiritualem, quæ absens est, & remota, dum præsentis veritatis non intelligis vocem.

Quartò, Divus Chrysostomus homil. 31. ita explicat. Vade, inquit Christus, voca virum tuum. De dono sermo habebatur, & gratia humanam excedente naturam, instabat mulier, & eam efflagitabat. Dicit Iesus: Vade, voca virum tuum: quasi opus esset, cum eo communicare. Similiter Euthymius, Theophylactus, Maldonatus; & magnum exemplum, ac documentum præstitit Dominus maritatis feminis. Doni avida, illud petebat mulier; largiendi verò multò magis Dominus erat studiosus; tamen donum ditulit dare, quoad usque ejus vir venit, opusierat, concessum donum cum marito communicare. Nil enim utile recipiat mulier, cujus consors ejus participes non sit; cum omnia in conjugatis debeant esse communia. Vel etiam in nostram eruditionem. Di. posuit Dei Sapia, ut absente & inscio marito nil mulier recipiat. Veniat ergo vir ejus & sit præsens ut mulier donum desideratum impetret à Christo; & vir sciat unde mulier donum accipit, & ita etiam ipsi marito communicetur.

Quintò: idem Chrysostomus homil. de Samarit. 6. tom. Si consortem habes copula, fiat & consors fidei, nec spiritualium horum sola donorum gratiam accipias. Ardenter sitibunda instabat mulier pro celesti aqua; tamen Dominus donum cupidi cunctatur, & mulierem remittit in civitatem. Vade, voca virum, quæ jam ingenium Domini præsentens, ac adorans, tendens in civitatem, cives vocat, & trahit ad Dominum. Nec enim uni soli consuevit divina manus benefacere, sed extensa pluribus sua bona largitur, ac concedit.

Sextò: Olim in exordio mundi Diabolus serpens antiquus per mulierem mortiferum venenum effudit in virum, ac ipsum seduxit: veniens Dominus in mundum omnia restaurans, ut virum reformaret ac adduceret ad vitam, per mulierem vult trahere. Ex quo considera, quantum distat res sub Deo, ac sub Diabolo. Per mulierem ex Dei voce vir vocatur ad salutem; Diaboli verò suasionem per mulierem vir demergitur in perditionem. Sed in hac mea consideratione expende illud quod, ut mulier alliceret virum ad peccati ruinam, absque alicujus mandato ipsa, ut comedit, de hisque viro suo, Genes. 3. num. 6. At ut Samaritana maritum suum ad salutem pertrahat, ei mandatur à Domino: Voca virum tuum. Eva dabat pomum ad mortem, & ruinam; Samaritana verò invitabat ad vitam; & adeo propensi sumus in malum, & desides ad bonum, ut ad ruinam, ac præcipitium nullus exigitur mandatum, sed per nosmetipsos tendamus; attamen ad directionem, & salutem, adeo torpescit

167.

Aug. 1. Emissen. Beda. Albert. Mag. Bonavent. Hugo.

168.

Chrysof. Euthym. Theoph. Maldonar. Omnia bona communice mulier cum viro.

Vir sciat, unde uxor donum accipit: & ipsa nil recipiat eo absente.

169.

Chrysof. Cælestia dona, non uni soli sed pluribus communicantur.

170.

Quantum distat res sub Deo & Diabolo.

Genes. 3.

Ad malum veloces, ad bonum desides.

torpescit animus, ut nisi mandato impellamur, nunquam camus.

171.

Jerem. 3.

Paschas.

172.

Sapient. 5.

Psal. 13.

Matth. 3.

Homo torpescit, ut in talis conscendat. Glossa.

Paschim invenies in Scriptura. Israël idola, ac Deos alienos invocatum, Judic. 10. num. 13. & 3. Regum cap. 18. n. 26. & Osee 7. num. 12. Et tamen ipsi populo multis miseris, ac calamitatibus oppresso, dicitur à Domino per Jeremiam 3. num. 4. Amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis mea tu es. Sed si populus adeo frequens erat, ut pro sua voluntate Deos alienos quæret; ac invocaret, in quibus erat perditio, ac ruina, ut tamen ad verum Deum revertatur, ac opportunum remedium impetret, necesse est, ei mandari: Invoca me, Israël ex proprio impetu ad præcipitium ruebat, ut tamen ad vitam se erigat, & remedium exquirat, opus est, multis propositis beneficiis, ei mandari, ut Deum invocet. D. Paschasius lib. 1. in Matthæum: Qui ad idola ibat, ut ad Deum veniat, ei dicitur: Invoca me.

Aiunt impij Sapient. 5. num. 7. Ambulavimus vias difficiles, & tanta celeritate, ac concitato cursu per has vias gradiuntur, ut dicat Psalmista 13. num. 3. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Tamen, ut ad cælum tendant, in idque ferantur, ait celestis prædicator Joannes: Appropinquate jam regnum calorum, Matth. 3. num. 2: Novus sane dicendi modus, Homo debet quærere; & sese appropinquare ad regnum calorum. At è contra Joannes ait: Appropinquate regnum calorum, Quamvis enim homo sit velocissimus ad ambulandas vias difficiles; tamen adeo iners, & piger est ad cælestia quærenda, ut quin cælum ipsum se inclinet, & ad nos veniat, nunquam se homo sit moturus, & conscendurus ad illud, Glossa, Appropinquate regnum calorum, quia nisi appropinquaret, nemo redire posset. Homo cælestem patriam vehementer desiderat; ad illam tamen adeo torpescit, ut ad in cælum ingrediendum, necesse sit, quod ipsummet se approximet, & ad nos veniat. Vide cap. 3. n. 125. & l. 3. c. 2. q. 4. n. 12.

Joannis 4. n. 17. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum.

VERSIONES.

Syracus. Non habeo maritum.

EXPOSITIO.

173. Salmeicon. Mulier nimis curiosa accipiens donum.

Alb. Mag.

Gloss. Chrysof.

Mulier verum dixit, ut statim asseruit Christus Dominus, Bene dixisti; mulier tamen fraude verum profert, observat Salmeicon, & falsa intentione; eo quod putabat se excusatum à vocando viro; mulier enim nimis curiosa, & cupida accipendi donum promissum, negat se habere virum, ne dum abiret, & virum vocaret, dilationem pateretur. Albertus Magnus inquit, quod ita mulier responderet suum crimen palliando, Nam, ut ait Glossa, virum non habebat, urebatur tamen quodam non legitimo. D. Chrysostomus homil. de Samarit. existimat, quod ipsa confessæ fuerit suum crimen. Ita ait: Caput deinceps sua peccata aperire mulier, cepit deinceps confiteri, ac dicere: Sylveira in Evang. Tom. II.

Non habeo virum; jam enim in scortationis, & luxurie profundo demersa sum, & virum non habeo. In eadem etiam sententia est Rupertus lib. 4. in Rupetta Joan. Et eleganter ponderat, quod Samaritana vidit se conclusam, & ait: Mulier, qua nec virgo, nec vidua erat non timebat repulsam, agnoscens suam indignitatem, confessæ est, dicens. Non habeo virum. Qui suum delictum agnoscit, non erubescit confiteri.

Joannis 4. n. 18. Dixit ei Jesus: Bene dixisti: quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti & nunc, quem habes; non est tuus vir: hoc verè dixisti.

VERSIONES.

Arias. Pulchrè dixisti: Quia non habeo virum.

Syracus. Bene dixisti: Non habeo maritum, quinque enim maritos habuisti, & iste, quem nunc habes, non est tuus maritus: hoc verum dixisti.

Heracleon apud Sex viros habuisti. Orig. tom. 3.

EXPOSITIO.

Iam meus Jesus se incipit manifestare mulieri, aperiendo illi ea, quæ humana notitia erant ignota. Et bis Dominus laudat mulierem? Bene dixisti, hoc verè dixisti; ut melius, & fortius correptionem suscipiat. Et Dominus semel eam laudare non contentus, bis hoc repetit; quia mulier, quæ disertè suum peccatum absque falsitatis permixtione fateatur, omni est laudatione prosequenda cum mulieris ingenium sit valde proclive; ut propria delicta suo falsitatis obtegat. Quinque viros habuisti, illegitimos, & iniqua conjunctione, ut statim explicabo sequenti quæstione. Et nunc, quem habes non est tuus vir; fornicaria copulatione illi adhaerebat mulier, & ei Dominus suum peccatum modestissimè dicit, non contumeliosè, non culpam exaggerans, neque ait: Iniquè, & petulantè egisti; sed simpliciter tantum illius peccatum detegit; nam adulterij occulti prolapatio, imperfectæ scemine satis erat magna correctio, ut ita mulier disponderetur ad penitentiam; ad suumque constendum delictum. Ex quo ait Simon Cassianus lib. 11. cap. 1. Discant Confessio. Callian. res, non rigorosis verbis, sed suavibus suadere penitentem suum peccatum confiteri. Hoc verè dixisti. Nam quamvis ipsa adhuc non esset confessæ suum peccatum, ut est probabilis, ei tamen Dominus ait: Verè dixisti: quia, ut inquit Albertus Magnus, Nemo est in toto matus, nec aliquis est in toto corruptus.

Qui suum agnoscit delictum confiteri non erubescit.

174.

Dominus laudat mulierem, ut fortius correptionem suscipiat. Mulier quæ suum peccatum non occultat, omni prosequenda laude.

Culpa dicenda, verum non exaggeranda.

Callian.

Albert. Mag.